Falcuccius, Nicolaus: De febribus

Italien, [um 1462-1470 (?)] Seite 32r



q exca est subtilis ¶ Dixit Auerroys
colliget 4° Nam eius proprie que de
lata est ingeneratur plus in opus
medicinarum quam ciborum et est dieta
satis subtilis ¶ Ptisana vero ac
totalitate sine cum tota fere puls
dicta ordeacea fit duobus modis
Vno modo ex farina ordei et aque
alio modo ex ordeo decorticato per mola
que manu voluitur et est decorticatum
per aquam in scutella prua ac si vnum
quodque diuideretur in tres uel qua
tuor partes aut plures Et si aliquid est
medio de farina per mollicationem illam
exhibetur ab ea per scetucam Et ordeum
sit decorticatum vocatur in nostris partibus
far ordei Et alii abte vocatur
far siue farricellum Et dicunt quidam
quod istud far ordei est kusch ordei
Alii autem dicunt quod kusk ordei est
panis confectus de farina ordei de
bite decoctus in furno de quo
pane infusus recocto in aqua de
cocto sit cibus vtilis febricitantibus
acute Auic. autem prima c. de cibis
febricitantium per kusk ordei intel
lexit ptisanam confectam ex farina
ordei uel ordeo decorticatum confectum
sicut est i. non colatum Et kusk q
dam ordei non colatum ad spissitu
dinem decoctum vocatur saunch
ordei ¶ Debent autem scutella illa
ordei poni in aqua et lauari de
inde conteri in mortario et sic
contritam poni in aqua mundissima
et sic poni in olla vitriata omnino
abluta ut nullum saporem sumere
possit ex ea Et similiter farina ordei
debet poni in aqua et squassari in
ea bene et sic in simili olla poni et
debent decoqui lento igni siue
fumo remouendo a principio omnem
spumam super natantem et decoquan
tur sepe miscendo donec acqui
rat spissitudinem quasi mellis colli
quati Si enim minus decoquetur
adipiscetur viscositatem quam ad
het vis et proderet lubricitatem et
mundificationem Et si parum coquetur
non tolletur ab eis ventositas sed
remanet inflatiua ¶ Hoc igitur
kusk ponit medicum diete febrici
tantium et est cibus medicinalis
verum factum cum farina est aliquantulum
nutribilius quam factum cum ordeo decor
ticato ¶ Omnes concordant autores quod pti
sana frigidior est humidior est non
colata Et ut dicit tacuinus est frigida
et humida in 2° Perdit enim ordeum

siccitatem suam quam habet in primo gra
du et acquisiuit ab aqua in de
coctione humectationem ac etiam vltio
rem gradum frigiditatis ¶ Inquit
ypo. primo regiminis acutorum ptisana
ordeacea michi recte iudicare super
omnia de granis cibarium in acutis
passionibus excellentissimum ha
betur Et quia qui illam primum
et principue omnibus alys prefulit
collaudando assentio quippe quia
pro et viscosa est et lenis vnita
quia et mollis nec non et lubrica trata
bilis humiditatem sitim extinguit
et si opus fuit facilis ablui ne
quaquam stiptica nec ad laborem i.
non ad digerendum laboriosa non
inflatur in stomacho neque crescit
quod vtique vincit in decoctione du
uidelicet in potestate habet s. ordeum
expleuit i. deposuit lubrica est
ita ut si quis ordeum integrum trans
glutierit to ea scai in lambendo
subducat Non inheret morando
nec usque locorum erecti pectoris s.
in medio remanet uel in intestinis
et est vehementer debilitatis Et hoc
ypo. dixit ut Gal. in commento propter
paucitatem eius quod ad uenit
corpori ex nutrimento eius aut dixit
hoc quoniam tu non inuenis in ea q
litatem fortem ita ut pruriat ne
nos aut mictum sicut acetum aut
vinum neque alia nocumenta faciat Non
in viscatur quia lubricissima est
i. mundificatiua Et dicitur vis
cosa non quia inhereat sed quia
tito labitur et secum descendendo
trahit si quid adherens rus
in uenerit et facile digeritur
natura leuis existens i. facile passi
bilis Et propterea habuit certi
tudinem Et raro fuit preter eam ¶ Dixit
Gal. in commento manifestum est quod
eligitur super candarulum et pane
bonitatis enim reperte in ptisana
ordei non reperitur in aliquo ali
orum ciborum s. de generibus potorum in
medicatione acutorum necesse est enim
habenti febrem acutam ut sit operatio
cibi in corpore eius in vltimo bo
nitatis Et hoc non fit cum cibus
est velocis digestionis descensionis
et penetrationis tunc enim aggrauantur
in eo omnia que sunt necessaria Et subdit
Gal. ptisana ordei non mollificat
stomacum neque facit nauseam Et
est sedatola i. sedatiua sitis
quod magnum est in acutis que habent

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs224/0067
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg